

continentis esse locum corporis in ea contenti, neque in illo sensu admittit opinionem de spatio...

Tertia sententia, que ortum habuit post Aristotel. tempora docet, locum consistere in situ, quem habent corpora in universo...

ARTICULUS PRIMUS.

Nec spatium, nec situs, quem habent corpora in universo, possunt habere rationem loci.

Ascendendum est, rationem loci, nec spatio, quocumque modo explicetur, nec positioni, quam habent corpora in universo...

Confirmo, quia etiam si concedamus, Deum esse in spatiis imaginariis extra Caelum, & terram in vacuo futuram, si Deus destrueret...

5 Resp. Aversa ex Molina, & aliiis, spatium non esse quodcumque nihil sit, sed tale nihil, quod dicat illam non repugnantiam ad corpora...

Sed contra, quia licet admittenda sit huiusmodi negatio tanquam realis, ubi nullum est corpus...

Denique positioni non conveniunt maneria, & attributa loci, quia locus est re locatæ extrinsecus...

spatium, quod est extra Caelum, inaneditur, non vacuum, vacuum vero non est terminus realem, unde destruo aere huius scholæ...

6 Resp. Amicus 4. Physicor. tract. 21. quæst. 5. dub. 1. articulo, negationem constituentem spatium non esse per se, & proprie negationem corporis repletivi...

Sed contra, ostendimus, in corporis adventum tolli utramque negationem, negatio corporis cum non repugnantia ad corpus capientem...

7 Prob. etiam Conclusio quoad alteram partem, quod scilicet situs, quem res obtinet in hoc universo in ordine ad polos, & centrum, dici nequeat locus...

Denique contra, si totus Orbis moveretur ad Deo per spatium imaginarium, servata naturali dispositione elementorum, & corporum, ut nunc jacet, tunc corpora inter Cælum, & terram locum mutarent, & non positionem...

Denique positioni non conveniunt maneria, & attributa loci, quia locus est re locatæ extrinsecus, & in locatæ positio est in re locata...

In oppositum obijciunt 1. ostendendo, spatium non esse quid omnino fictum, sicut chimera, ideoque non magis dici posse esse in spatio quam esse in chimera...

let sit quid fictum, quatenus negationem corporis in spatio tum non repugnantia, ut ibi fit, concipimus ad modum rei positivæ extensæ...

Confirmo, nam omnia incompossibilia habent incompossibilitatem respectu tertii, ut patet de contrariis respectu eiusdem subiecti, sed duo quantitates habent incompossibilitatem simul existendi...

9 Resp. concedendo spatium reale negativum, ubi corpora non sunt, scilicet extra Cælum, non tamen in hoc universo, ubi modo sunt corpora...

10 Secundum ex translatione corporum successivum in eundem locum colligimus hunc, sed corpora succedunt in idem spatium, nam ubi nunc est locus, postea erit aer, ergo verè datur spatium negativum habens rationem loci...

11 Resp. corpora non succedere in idem spatium, quia adveniens corpore, spatium tollitur, sed in idem concavum corporis ambientis, & ratione illius hoc corpus dicitur esse ibi, ubi erit aliud, & id, quod proprie repleti dicitur, est idem concavum, cum nimirum nihil inane intra ipsum relinquatur...

12 Quattro obijci Arceol. referente Canon. 4. Physicor. 1. probans, locum in præfato situ consistere, quia per locum comparatione ad centrum, & polos res dicitur esse hic, aut ibi, que sunt ad verba localia...

quod etiam non esset spatium, quia hoc cum corpore incompossibile est, sed superficies imaginaria, & abstrahens esse ab omni realiter, absolute, & entitative...

Tertio huic spatio conveniunt proprietates omnes, quæ loci tribui solent ex communi omnium concavum, hoc enim proprie continetur, & recipit in loco, separatur a loco, remanet enim abeunte loco...

13 Resp. spatium tolli per positionem corporis, ut sæpe dictum est, ideoque circa corpus exercere non posse maneri loci enumerata, quod si cum corpore permaneret, & adhuc illa obire non posset, cum sint positiva, & modo exerceat non positivo, non recipere, & concipere corpus, quia cum nihil sit, non dicitur proprie recipere vacuum...

14 Quattro obijci Arceol. referente Canon. 4. Physicor. 1. probans, locum in præfato situ consistere, quia per locum comparatione ad centrum, & polos res dicitur esse hic, aut ibi, que sunt ad verba localia, id est a loco desumpta, ita ut si varietur contentus, & quodvis aliud, maneat eodem eadem positio in ordine ad universum, semper res erit in eodem loco...

Resp. quia modo centrum, & poli statuuntur inanimabiles, ideo ex comparatione ad ea rem dicimus esse hic, vel ibi, & in hoc sensu loquitur Doct. cit. hoc tamen non est per se, sed omnino per accidens, quia casu, quo Deus Cælum impelleret versus unam partem terra immota, adhuc turrus, & urbes essent in eodem loco, ut nunc, & tamen non retinerent eandem distantiam a polis, & eundem situm in universo...

